

## **Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii**

**Aufréri, Étienne**

**Leodii, 1702**

Sexta Quæstio. Ex præmissis inferitur ad solutionem quæstionis, nunquid Episcopus pœnam pecuniariam laico sibi temporaliter non subjecto possit imponere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

Laicum purum pro crimine Ecclesiastico judici Ecclesiastico capere de jure licitum esse videtur.

**N**EC videtur bona responso , quod sit speciale in his casibus; quia qui hoc dicit , debet allegare causam specialitatis , immo non carcerantur his casibus , quia sunt laici subjecti Ecclesiast. Et tex. alle. contrarium facilis est responso , quia illi omnes text. inducuntur sumpto. ar. contrario ex quo imprimitur de captura. videtur quod non possit. Sed dico quod ar. illud non **xij** procedit , ubi contrarium reperitur statutum à jure. no. *gl.in cap.2. & in cap. significasti de foro compe. non enim sequitur; Episcopus excommunicat laicum; ergo non potest capere: quia istud ultimum non negat tex. expresse: unde servari vide in praesenti Civitate, quod ubi laici meri falsum testimonium coram officiali deponunt, capiuntur per eum, & ad scalam ponuntur, & ita determinantur in questionibus Capellæ deci 378 sed in aliis criminibus Ecclesiasticis, exceptis supra dictis, forte non admitterent Officiarij temporales.*

#### SEXTA QUÆSTIO.

Ex præmissis inferitur ad solutionem quæstionis , nunquid Episcopus pœnam pecuniariam laico sibi temporaliter non subiecto possit imponere.

150 REPETIT. CLEM. I.

**I**O. An post. Host. in cap. I. de homici. li. 6. tenet quod non, sed eam debet intelligi facere per Iudicem sacerdalem, alle. 2. de maledi. & cap. postulaisti de jud. Ec. cum secundum l. de hære. lib. 6. idem videtur voluisse Dominicus in prealle. cap. I. de homicidio.

Contrarium tamen tenet Sicul. in cap. licet &c. ad aures, de pœnis. dicens quod ex quo est casus in quo iudex Ecclesiasticus vendicat sibi jurisdictionem in laicos, non apparet ratio quare in casibus predictis non possit sibi imponere pœnam pecuniariam, & ita servatur quotidie in Curia Archiepiscopalí Thotose. ad quod text. in 16 quæstion. 1. cap. statutum & 7. quæstion 4. cap. quisquis & in præallegat. 1. cap. ad aures, ubi digit quod propter sacrilegium potest iudex Ecclesiasticus imponere laico pœnam temporalem, unde ibidem privat eum dominio temporali utili quæsto ex contractu, eodem modo aliam possit imponere pœnam temporalem allegat. cap. prædi quisquis sicque optime facit ille text. quod licet Ecclesiasticus iudex non habeat jurisdictionem temporalem in laicum, si tamen delictum de quo cognoscit, est Ecclesiasticum, potest eum delinquentem punire, etiam temporaliter. Idem no. idem Sicul. in ca. in quibusdam de pœnis.

Item in cap. Adrianus. in 2. 43 distin. in si. imponit contra laicum pœna confiscationis bonorum, & quandoque deponuntur laici à dignitatibus 32 quæst. 5. cap. præceptum fa. quod debent Inno. & Sicul. in cap. si Clericus de foro compe. Bal. in marg. ver. laicus & ver. Cleri. vocet quod pro criminibus Ecclesiasticis potest laicus coram Ecclesiastico iudice conveniri. Inno. & Sicul. in cap. dilectus in ult. etiam dicunt quod laicus in spirituilibus, vel quasi debet Papæ respondere. unde si laicus Clericum offendat, ex hoc sortitur forum Ecclesiasticum

## DE OFFIC. ORDI. 151

sticum. in authen. Idem nulla. C. de Episco. & Cle.  
& cap. cum sit de fo. compe. Bar. in l. cunctos. C.  
de sum. trin. 8. quæst. Ad jura pro contrario alle.  
respondet ipse Sicul. id fieri pro facilliori execu-  
tione.

Zenzel. ut refert hic Fran. & Io. de Imo. dicunt  
quod judex Ecclesiast. potest corrigere excessus lai-  
corum in criminibus ecclesiasticis , dumtaxat quo  
ad pœnam spiritualem , & sic intelligunt Inno. in  
cap. nos inter de purga. cap. alias frustra videretur  
commisus gladius dominio temporali , si talem im-  
ponerent prælati : tota namque jurisdicçio ad Eccle-  
siam devolveret.

Nota iterum de Petro Ferræ. & vide sup.  
num. 59. Matth. Boyß Doct.

Unde dicit Io. Pe. de Ferræ. *in situ. de forma*  
*respon. rei conventi. in gl. tanquam*, Heu miseri  
Imperatores & sœculares principes , qui hæc & alia  
sustinetis , & vos servos Ecclesiæ facitis , & mun-  
dum infinitis modis per Clericos usurpari videtis,  
nec de remedio cogitatis : quia prudentiæ & sci-  
entiæ non intenditis , Ideo attendite & memoriæ  
commendate , quid dicat Hieronym. Veteres scrut-  
tans historias invenire non possum scidisse ecclesiam,  
& de domo domini populos seduxisse præter eos,  
qui sacerdotes à Domino positi fuerant , isti vero  
vertuntur in laqueum tortuolum in omnibus locis  
ponentes scandalum *in cap. transferunt. g. alias est*  
*ver. idem veteres 24. quæst. 3.*

Quod autem dictum est per Imol. sup. fallit rati-  
one pacis vel juramenti vel alterius qualitatis cri-  
mij-

152 REPETIT CLEM. I.

minis , in quo sit speciale ut Ecclesia cognoscat ;  
vel quando deficit legis subsidium , de aliis autem  
criminibus quam Ecclesiast. bené potest Judex Eccle-  
siasticus laicos corrigerre quo ad pœnam spirituale m:  
quia de quolibet peccato , &c. cap. novit. de judi.  
& ita videntur tenere Hosti. & post eum Sicul. in  
præall. cap. nos inter. & sic potest etiam intelligi  
dictum Archi. in cap. non est , de consiliis in gloss.  
Epis. & Io. An, & Dominicus post eum tenet ,  
quod indistincte Episc. cor. excessus laicorum , pro  
hoc quod no. de Offi. cap. 1. in glo. cimones , dicunt  
quod tenet etiam Mathe. in præsenti cle. Relatus à  
Franc. qui etiam refert Alvaro. ita tenuisse per cap.  
illi qui s. q. 6.

UNDECIMA CONCLUSIO.

Crederem opinionem Sicul. de qua suprà , esse te-  
nendam , quam approbat practica , videlicet quod  
laicum Ecclesiæ temporaliter non subjectum , potest  
judex Ecclesiasticus pecuniaria pœna licet punire :  
quod intelligo in casibus in quibus judex Ecclesiasticus  
sibi vendicat in laicos jurisdictionem de quibus  
per Sicul. in cap. cum sit generale de foro compe. &  
Pe. de Ancha. in cap. ea que à q. 8. usque ad 12.  
In civili autem causa secus , quia non poterit co-  
ram judice Ecclesiastico laicus conveniri , nisi in 15.  
casibus positis per eundem Sicul. in cap. licet , ex  
suscepto. de foro compe.

Utrum autem judex Ecclesiasticus tutorem dare  
possit & utrum laicum , vide Ioan. Fa. insti. de  
Atuili. tu. in gloss. scilicet eum qui per Bart. in l.  
1. S. magistratibus. ff. de magi. conve. glo. & Do-  
mi. in cap. si. de judi.

Quæ-